Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

tante deo signis et portentis
et varijs virtutib⁹ et spiritus sancti
distributionibus secundum suam vo
luntatem. Nos ei angelis subiecisti in
orbem terre futurum: de quo loq⁹
mur testatus autem alicuius
ubi quis dicens quid est homo
quod memor es eius aut filius
hominis quoniam visitas eum. Diminuisti eum paulomin⁹ ab angelis
gloria et honore coronasti eum: et
constituisti eum super opera manuum tua
rum. Omnia subiecisti sub pedi
bus eius. In eo enim quod omnia ei
subiecit: nihil dimisit non subi
ectum ei. Nunc autem nondum vide
mus omnia subiecta ei. Eum autem
qui modico quam angelis minoratus
est videmus iesum propter passionem
mortis gloria et honore coronatum: ut gratia dei pro omnibus gus
taret mortem. Decebat enim eum
propter quem omnia. et per quem
omnia qui multos filios adgloriam adduxerat auctorem sa
lutis eorum per passionem consuma
re. Qui enim sanctificat et qui
sanctificantur: ex uno omnes. Prop
ter quam causam non confunditur
fratres eos vocare dicens. Nunc
enarrabo nomen tuum fratribus meis in
medio ecclesie laudabo te. et iterum
ego ero fidens in eum. et iterum. ecce
ego et pueri mei quos dedit
michi deus. Quia ergo pueri
communicaverunt carni et sanguini:
et ipse similiter participavit eisdem
ut per mortem destruat eum qui
habebat mortis imperium id est
diabolum: et liberaret eos qui
timore mortis per totam vitam ob
noxii erant servitutis. Nusquam
enim angelos apprehendit: sed
semen abrahe apprehendit. Unde
debuit per omnia fratribus simi
lari ut misericors fieret et fi
delis pontifex ad deum: ut repro
piciaret delicta populi. In eo enim
in quo passus est ipse et temptatus
potens est et eis qui temptantur
auxiliari:

Unde fratres sancti vocati
omnis celestis participes
considerate apostolum et
pontificem confessionis nostre
iesum: qui fidelis est ei qui fecit
illum sicut et moyses in omni
domo eius. amplioris enim gloriae
iste pre moyse dignus est habi
tus: quanto amplioris honorem
habet domus qui fabricavit il
lam. omnis namque domus fabri
catur ab aliquo. Eius autem omnia
creavit deus. et moyses quidem
fidelis erat in tota domo eius
tanquam famulus in testimonium eo
rum que dicenda erant. christus vero
tanquam filius in domo sua cuius
domus sumus nos: si fiducia
et gloriam spei usque ad finem firmam retinemus. Quapropter
sicut dicit spiritus sanctus. hodie si
vocem eius audieritis nolite ob
durare corda vestra: sicut in ex
acerbatione secundum diem temptationis
in deserto. ubi temptaverunt me
patres vestri: probaverunt et vi
derunt opera mea quadraginta
annis. propter quod infensus fui
generationi huic et dixi semper er
rant corde. ipsi autem non cog
noverunt vias meas: quibus iu
ravi in ira mea si introibunt
in requiem meam. Videte fratres
ne forte sit in aliquo vestrum
cor malum incredulitatis dis